Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Absolutis breuiter hijs que de corporis
cura dicenda censuimus Ad mysteri
oneu mentis festinat oratio. In qua te
persuasum te uolumus Nihil esse qd' homes
interna possideant preciosius intellectu
Ceteria quidem humane uite bona/ pusilla
sunt atq; indigna que multis laboribus
inspectemur/ pulchra nobilitas sed alienum
bonum. Pcāse diuitie sed fortune possessio.
Venusta gloria sed mutabilis. forma decres
sed caduca paruoq; durans tempore. Optan
da sanitas sed permutationi proprius ob
noxia/ Concupiscite uires. sed egritudine
aut senectute facile contabescunt/ Nil
prestantius intellectu et ratione/ hec nullq
fortune tollet mutabilis/ Nulla calumnia
distrahet/ Cumq; reliqua omnia tempore
minuant/ Scientiam et rationem senectus
auget/ Bellum singula trahens atq; ora
ferens/ solam doctrinam nequit eripere
Aegaeam cum demetrius captam solo e
quasset Stilponem philosophum illius oriundum
interrogauit/ Num suum quicq; amisisset
Cui Stilpon haud equidem inquit/ bellum
eum nulla equitatis spolia duxit/ At So
crates cum Gorgias contrariatur An ipse
regem felicem esse putaret/ Nequaquam inquit
quantum mutatus habeat et disciplinae. per
inde ac hisce non autem fortune bonis
consistat beatitudo/ Atque hoc dictum et